

815 • Aduertencias para

eum Episcopus Quauhquemalensis año. Do-
mini. 1567. die 16. Aprilis. Quosdam po-
pulos Xilopanco, & Tonaatepec. &c. ab-
stulisset a Fratibus Prædicatoribus quos
habebant tempore date huius Breuis, scili-
cet die. 24. Martij dicti anni. 1567. Senatus
Regius Quauhquemalensis per sententiam
diffinitiuã fecit dictos populos reddi præ-
dictis Fratibus, contra voluntatem Episco-
pi, quia tempore date huius Breuis, Fratres
Prædicatores possidebant eos, & illorũ ma-
nũtentioni, & profectui in fide per prædica-
tionem, & Sacramentorum administrationẽ
intendebant, & illis erant iam assignati. Et
Alexander quartus decreuit, irritas omnes
sententias, quas Archiepiscopi, & Episcopi,
Prælati, & Rectores ferre præsumperint cõ-
tra indulta Apostolica concessa ordini Præ-
dicatorum, vel in posterum concedenda,
pro vt habetur in supplemento fol. 115.
conces. 509. Et quedam glossa iuncto tex-
to in capit. Ex parte de verb. sign. decreuit,
quod sententia lata contra priuilegium
Papæ non valet. Quod ipsum clarius tenet
Panormitanus in cap. Auditu, de rest. spo-
liat. nu. 14. Quibus omnino applaudit no-
ster